



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

Articuli Anabaptistarum fol.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

MIS. LA. NON GER. DI.

ficāda sunt ecclesie, & pacis reddenda tranquillitas, cessabit ergo aliquādo per diuinam clementiā. Lutheri, Zuinglij, Oecolampadi. Blarerij, Hostiandri, Schnepfii, & similiū hēreses & refloreat prisca fidei veritas.

Hoc fac bone Iesu, & cito.

ENCHRIDII UTILITAS
ex Augustino super
Canonē Ioannis.

Omnia quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostram intente oportet audire: Maxime tamen memoriæ cōmendanda sunt, quæ aduersus hæreticos valēt plurimum, quorum infidię infirmiores quosq; & negligentiores circūuenire non cessant.

Soli Deo gloria.

XXI. ARTICVLI Anabaptistarum Monasteriensium, per Doctorem Ioannem Cochleum confutati, adiuncta ostensione originis, ex qua defluerunt.

A.R.

ARTICVLVS I.

¶ Maiorem Ecclesiam & omnia quæ
cultus diuinus dicuntur deuitare.

COCHLEVS: Hæc utiq; diabolica
est doctrina, per quam diuinus cul-
tus in publicis templis impediatur,
& omnis generis hereses in priuatis
angulis disseminentur. Vnde ait Chri-

stus: Qui male operatur, odit lucem Ioan. 3

Hanc vero doctrinam acceperunt in-
fœlices Anabaptistæ à Luthero, qui

iam vltra XXII. annos docuit, Tem- Luthe. con-
tra Catha-
rinum.

pla & Monasteria simul cum omni-
bus, quæ in ipsis fiunt, & geruntur, Idem con-

esse meras laruas, & facies Antichri- tra statum
eccle.

sti. Qui & Bullas atque indulgen-
tias edidit omnibus, qui ad hoc co-

nantur, & in hoc exponunt corpus, Idẽ in par-

facultatesq; & honorẽ vt deuaften- ua respon-
sione cõtra

tur Episcopatus, & Episcoporum ducẽ Geor.

regimen deleatur. Quos & dile-
ctos vult esse filios Dei, & veros

Christianos. Atq; etiam nuper non-

dum elapsis sex mensibus scripsit.

Huius-

ANABAP. ART. I.

Huiusmodi nidos glirium, Monasteria scilicet, digna esse, vt sic ædificentur, & conseruentur, quod non maneat lapis super lapidem. Nec vllam eis in rusticorum tumultu iniuriam factam esse, nisi hanc vnicam quod remanserunt adhuc lapides aliqui, & vestigia ibi. Si ergo castigari debent Anabaptistæ ob id quod deuitant tēpla & Monasteria, multo magis puniri debet Lutherus, qui ea iubet non solum deuitare, sed etiam destruere, ac delere. Quemadmodū & sæpe factitarunt sectatores eius.

ARTICVLVS II.

¶ Similiter & Chrisma, atq; vniuersa quæ benedictionibus consecrantur: Qualia sunt aqua benedicta, palmæ, candelæ &c.

CO. Hæc quoq; diabolica est doctrina contra sacram scripturam vtriusq; Testamenti. In veteri enim Testamento benedicebatur, & consecra-

EXO. 28. 19
& 30

secrabantur nō solum homines, vt - Leuit. 10
 pote sacerdotes, Leuitæ Nazaræi, & 24
 & c. verumetiam oleum, vinum, pa- Num. 6. 19
 nes, cinis & c. Et in nouo Testamen- Luc. 24
 to Christus ipse benedixit non so- Mat. 26
 lum discipulos suos, dum in cœlum Mar. 6
 ascenderet, & panem in Eucharistię
 sacramento, verumetiam quinque pa-
 nes hordeaceos, quib⁹ circiter quin-
 que millia virorum satiavit. Et Pau- 1. Tim. 4
 lus docet, Omnem creaturā esse bo- 1. Cor. 14
 nam, & sanctificari per verbum Dei
 & orationem. Docet item ad bene-
 dictiones dicere Amen. Eiusmodi
 vero benedictiones audire Diabo-
 lus non sustinet, sed suggerit Apo-
 stolis suis vt eiusmodi cuncta abro-
 gent: Id quod per Lutherū iam pri-
 dem factum est, dum sectatores eius
 blasphema impietate sacro chrisma-
 te & sancto oleo calceos suos inun-
 xerunt, aut penitus conculcauerunt
 pedibus, fontemq; baptismatis be-
 nedictum & aquam benedictam ef-
 fude

ANAB. ART. III.

fuderūt, benedictos cereos, herbas, sal, candelas &c. irriferunt, abrogarunt ac prohibuerunt de cætero talia benedici miseros infantes absq; sancto oleo & chrismate, simplici aqua, in derisum & contemptum catholicæ Ecclesię baptizauerūt. Nec dum abierunt mēses quatuor, quando Lutherus publico scripto cūctos sacerdotum & Episcoporum sacros ordines sceleratissime reprobauit, & sacrum chrisma fetidum rancidumq; oleum vocauit. Si ergo puniri debēt Anabaptistę, qui ab eiusmodi benedictis & cōsecratis rebus abstinent & eas deuitant multo iustius puniri debet Lutherus, qui & illos, & sectatores suos talia docuit & facere iussit, atque etiam opere sceleratissime cōtra eas ceremonias egit.

Luther, de
missa angu
lari.

ARTICVLVS III.

¶ Magnum Balaam supra sacerdotis manus & caput ac alibi non inspicere.

CO.

CO. Hæc horrenda blasphemia originaliter temporibus his nostris prouenit ex Lutheri captiuitate Babylonica, in qua sacrã negat transsubstantiationem, & docet panẽ remanere panẽ, & vinũ vinũ, in missa, tam post, q̃ ante cõsecrationẽ. Et iam vltra XIII. annos hũc errorem populis inculcauit, ac nuper in libro contra missas angulares (vt vocat) scelerato mendacio scripsit, Papis quoq; ita dicere, Panis es, panis manebis. Quod si ita esset, non male facerẽt Anabaptistẽ quod talẽ panẽ nõ habẽt pro corpore Christi neq; volunt cũ venerari aut inspici re. Quum vero hæresis ista in plerisque Concilijs intra CCC. annos, & à beatis Episcopis Ambrosio & Augustino, ante M. C. annos, condemnata sit, neque Lutherus, neque Anabaptistæ possunt in hoc errore suo coram Deo excusari.

ARTICVLVS III.

Nec

ANAB. ART. III.

¶ Nec vltcrius audire missas
CO. Et hunc quoq; errorem af-
fert secū præclarus ille liber de Ca-
ptiuitate Babylonica. Et postea in
plerisq; alijs libris & sermonibus
Luthero corroboratus & adauctus
est, donec ipsemet tandem ingenuè
ac manifeste fassus est, in horrendo
ac scelerato libro, quē de missis an-
gularibus nuper inscripsit, quod
diabolus eiusmodi argumēta cōtra
missas inspirauerit & suggererit si-
bi. Prius vero q̄ cum diabolo plus-
quam vnum (vt iactitat) fructū sa-
lis comedit, ac sese in organū & in-
strumentum illi dedit, celebrauit
& ipse missas, & summe laudabat
eas: ac vehementer conquerebatur
in expositione decem præceptorū,
contra diabolū, quod & sanctissi-
mum istud sacrificium missæ nō di-
miserit nobis purum & liquidum,
sed per auaritiā septē aureis mis-
sis contaminauerit. Scribebat item,
nullum

Vide sep-
ticipitem
cap. 24.

nullum esse dubiū quin orationes
 quæ in Missa pro animabus in pur-
 gatorio existentibus fiunt, eis plu-
 rimū profint & vtilis existāt. Qua-
 re ipse simul cum vniuersis sectato-
 ribus suis inexcusabiles coram deo
 erunt, vtpote proprio iudicio con-
 demnati. Vnde multa nimirū millia
 simplicium hominum, qui per eum
 seducti non sponte errant, contra il-
 lum in extremo iudicio coram deo
 & sanctis angelis vindictam clama-
 bunt, quemadmodum & infelices
 Anabaptistæ, quos ipse primum su-
 scitauit ac scelerate seduxit, vltionē
 & culpā sempiternā aduersus eum
 proponent ac lugubriter clamita-
 bunt. Et deus omnem sanguinē eo-
 rum ex eius nimirum manibus re-
 quiret, sicut ait Propheta.

Ezech. 20
 & 13

ARTICVLVS. V.

¶ Toti mundo abrenunciare.

CO. Si hic de incredulo dunta-
 xat mundo loqueretur, de quo sæpe
 Gg loqui-

1. Ioan. 2 loquitur scriptura. Et Christus ipse
 Gal. 6 Ioan. 7. 4. 15. &c. recte quidē loquerē
 rur. Quoniā Ioānes quoque ait: No
 lite diligere mundum. Et Paulus:
 Mihi, inquit, mūdus crucifixus est,
 & ego mundo &c. Si vero per mun-
 dū hic intelligūt ecclesiā generalē
 & catholicā, quæ cum Papa in fide
 cōsentit, iniuste profecto loquūtur,
 sicut & cæteri hæretici. Sed & hanc
 verborū pompā ac vanam gloriā
 à Luthero didicerūt. Sic enim ait in
 Captiuitate Babylonica, quū incep-
 turus esset diabolicā suā oppugna-
 tionē cōtra Missas. Rem arduam &
 quā forte sit impossibile cōuelli, ag-
 gredior, vt quæ tanto sæculorū vsu
 firmata, omniumq; cōsensu proba-
 ta, sic infederit, vt necesse sit maio-
 rē partē librorum qui hodie regnāt
 & pene vniuersam ecclesiarū faci-
 em tolli & mutari, penitusq; aliud
 genus ceremoniarum induci, seu po-
 tius reduci. Et adhuc pomposius lo-
 quitur in præfatione scelerati librī

de abrogāda Missa , dū ait: Ea enim certitudine & fiducia tentandū est quod præstituistis, vt non modo totius mundi iudicia, pro folijs leuibus & summis aristis habeamus, sed & armati simus in morte, aduersus portas inferorum, quin etiā aduersus iudicium tētantis dei pugnare, & cum Iacob contra Deum præuolare &c. At contra pomposas huiusmodi præsumptiones ait scriptura: Ne innitaris tuę prudētię. Et Esaias: Vē vobis q̄ prudētes estis apud vosmetipfos. Et Paulus: Tu autem fide sta, noli altum sapere, sed time &c.

Pro. 3

Esa. 5

Rom. 1

ARTICVLVS VI.

¶ Cum impijs non negotiari, non conuersari, non emere nec vendere, non salutare nec honorare.

CO. Si per impios velint hic intelligi hæreticos & excommunicatos, recte loquerentur, iuxta auctoritatem & sacræ scripturæ & vtriusq̄ juris. Si vero per impios intelligūt

Gg 2 Chri-

*Quisquis hinc inde vult gnu-
dit hinc inde solo* ARTICVLVS VI.

Christianos catholicos, qui in anti-
qua fide Ecclesie cum Papa sentiunt,
loquuntur sicut ceteri haeretici &
apostate. Et id ipsum quoque à Luthe-
ranis didicerunt, qui nos impios to-
ta die agnominant, contra omnem
scripturam, contra omne ius, hone-
statem & disciplinam, ex immensa
superbia & voluntaria malitia. Con-
tra quod ait ad Romanos Paulus:
Tu quis es qui iudicas alienum ser-
uum? Et Christus in Euangelio: No-
Mat. 7 lite iudicare, & non iudicabimini.
At nos catholici & antiquae fidei
Christiani, sic vitare deberemus uni-
uersos haereticos, quemadmodum sa-
cra scriptura, & ius vtrunque præci-
pit, vt per verecundiam & confusi-
onem eo citius reuerterentur ad ge-
neralem Ecclesiam & catholicam uni-
tatem, sicut Paulus docet. Quonia
Tit. 3 vero in hoc negligentes sumus, per
1. Cor. 5 mittit Deus, vt haeretici faciant no-
2. Thess. 3 bis, quod nos illis facere debebamus.
A R.

ARTICVLVS VII.

¶ Sabbatho computum facere, ac residuum inter fratres Christianos huius sectæ diuidere.

CO. Hic est prætextus & fucus, per quem egena plebs ad eiusmodi nouitatem trahitur tãquam ad vitam vere Euangelicam, & Apostolicam, de qua Act. 2. & 4. scriptũ est. Verum cum tempore haud secus ibi continget quàm contingere solet apud Lutheranos alicubi cum generali Cista, vbi concionatores & distributores optimam partem sibi reseruât, egenis vero tribuunt prohibitu suo. Et intra breue tempus perquam multi futuri essent Ananice & Saphiræ in eiusmodi vita. Si quis autẽ reuera huiusmodi vitam & bonorum communionẽ inire cupit aut desiderat, is potest se recipere ac dedere in Monasteriũ aliquod, vbi reperiet eiusmodi vitã ordinate ac stabiliter institutã, vbi nulla per

G g 3 sona-

ANABAP. ART. VIII.

Sonarum dicere potest, hoc est meū
seu mihi proprium. Proinde nulla
est necessitas, propter hunc articu-
lum, deficiēdi ab Ecclesia catholica,
& nouam erigēdi sectam, sicut faci-
unt sectarum duces ex mera super-
bia & vana gloria, vt per hoc notū
ac celebre reddant nomen suum.

ARTICVLVS VIII.

¶ Nulli potestati obedire.

CO. Hoc est cōtra Christum, Pe-
trum, Paulū, & vniuersam scriptu-
ram: item cōtra omne ius, honesta-
tem, pacem & disciplinam. Christus
Mat 22 ait: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris.
1. Pet. 2 Petrus: Subiecti estote omni creatu-
Rom 13 re &c. Paulus: Omnis anima pote-
statibus sublimioribus subdita sit.
Et vtrunq; ius iubet obedire Roma-
no Pontifici, & Imperatori. Neq; po-
test honesta, pacifica, ciuilis aut dis-
ciplinata cōuersatio mortaliū con-
seruari, vbi nō est legitima potestas
& maioritas, iam omnes clamāt ad-
uersus

versus infœlices Anabaptistas, propter hunc maxime articulum, sicut reuera maxime reprehensibilis & intolerabilis existit. At nemo vult considerare, quod articulus iste non ab ipsis, sed à Luthero primum processit & in lucem publice datus est, antequam de Anabaptistis quicquã sciebamus. Lutherus enim in libro de sæculari potestate ante vndecim aut duodecim annos claris verbis & dixit & scripsit hæc sententiã. Inter Christianos (inquit) nulla debet aut pöt esse superioritas, sed vnusq; alteri equaliter subiectus est, sicut paulus ait Ro. 12. Vnusquisq; alterũ pro superiore teneat. Et Petrus. 1. Pet. 5. Cuncti sitis inuicem subiecti. Hoc & Christus vult Lucæ. 14. Quando inuitatus fueris ad nuptias, sede in infimo loco. Inter Christianos nulla est superioritas nisi Christus ipse & solus &c. Hęc sane Lutheri verba multo sunt apertiora & scripturis

Gg 4 melius

ANABAP. ART. VIII.

melius colorata q̄ Anabaptistarum
articulus. Adhuc tamen vsq̄ adeo
stultus ac cæcus est mundus, vt ean-
dem sententiam & in Luthero lau-
det & in Anabaptistis vituperet: cū
tamē reuera Lutheri culpa, malitia
& nequitia multo maior ac repre-
hensibilior sit q̄ est miserorum sim-
pliciumq̄ & male per Lutherum se-
ductorum Anabaptistarum. Luthe-
rus enim primus talia docuit, & in
publicum scriptis disseminauit, fal-
sisq̄ scripturę sacrę interpretationi-
bus fucavit. Paulus enim non sic ha-
bet, sicut citat eñ Lutherus. De quo
etiam ad propriam Lutheri transla-
tionem prouoco. Neque in Petro
inuenitur, sicut ipse dicit multo mi-
nus in Euāgelio. Vterq̄ enim locus
de humilitate, non de superioritate
aut regimine ibi loquitur & quidē
expressis verbis. Quapropter mul-
to durius corripendus esset in hoc
articulo Lutherus q̄ Anabaptistę si
recto

recto iudicio ageretur. Lutherus enim supra centum millia rusticorum per eiusmodi dicta in seditione ac sempiternum interitum concitauit, & vniuersos preterea Suermeros & nouas sectas. Quod certe non potest sic imputari Anabaptistis.

ARTICVLVS IX.

¶ Die Dominica oportet homines huius secte in modum crucis iacere super ventrem. Tunc predicator eorum multas habet proprias ceremonias & aquas, quibus consecratur.

CO. Hic est vere histrionicus ludus & improbum prestigium diaboli, quo veteres catholice Ecclesie ritus (quos sancti patres per spiritum sanctum instituerunt atque induxerunt) culpabili prauaricatione per superbiam & inobedientiam reiciantur, nouique & carnales ritus ac ceremonie (de quibus sacre literae & sancti patres nihil sciunt) propter vanam gloriam & proprii nominis

G g s notis-

ANABAP. ART. IX.

notitiam, ex propria prudentia excogitentur & inducantur, ad abducendum populum simplicem per novas praestigias ex unitate catholice Ecclesiae in schismata atque in sectas perditionis. Etenim de iacendo super ventrem nihil habet scriptura, sed indicat vere bonos & deuotos homines Abraham, Loth, Iacob, Iosue, David &c. in faciem procidisse pronos in terram in suis orationibus. Quemadmodum & Euangelium de Domino & saluatore nostro christo Iesu testatur quod in monte Oliueti prociderit in faciem suam orans. Sicut & leprosus ille decimus, qui Samaritanus erat, a Domino mundatus cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens &c. At nouus iste ritus adinuentio nimirum est illius, de quo scriptura dicit: Fortitudo eius in lumbis eius. Et virtus illius in umbilico ventris eius. Et placet eiusmodi hominibus, qui dicunt: Congluti-

Gen. 17.

& 19.

Iosu. 5. & 7.

1. Reg. 20.

Mat. 26.

Luc. 17.

Iob. 40.

Psal. 43.

Phil. 3.

glutinatus est in terra vëter noster.
 De quibus Paulus flens dicit q̄ sint
 inimici Crucis Christi, quorum fi-
 nis interitus, quorū deus venter est,
 & gloria in confusione ipsorū &c.
 Quod autem sint inimici Christi,
 manifeste factis indicant, dum vbi-
 que ex templis, Monasterijsq; & sa-
 cellis, Cruces & imagines Crucifi-
 xi abripiunt, dissecant, exurūt &c.
 Atque etiam in campis & publicis
 vñs Cruces ex erectis truncis & ar-
 boribus capiūt. Id quod à Luthero
 prius didicerunt, & ab eius sectato-
 ribus persepe fieri viderunt.

ARTICVLVS X.

¶ Oportet fratres sectę hui⁹ abrenū-
 ciare & non tenere, quòd Deus hu-
 manā naturā de Maria assumpserit.

C O. Huc finaliter tendebat no-
 uorum prophetarū spiritus, hostis
 ille humanę salutis, cuius inuidia
 mors in mundū introiuit, vt ait scri-
 ptura, Sap. 2. Quum itaque Christus
 per

ANABAP. ART. X.

per veram passionem suam in humana natura (in diuina enim natura ab eterno impassibilis & immortalis existit) mortem deuicerit, & humanum genus redemerit, dolet hoc infesto & inuido diabolo. Vellet proinde id impedire, dum proponit quod deus non sit homo factus. Quo sane breui dicto vniuersam fidem Christianam subuertere ac funditus extirpare molitur. Cōtra hoc autem sufficit nobis vnicum illud testimonium Ioannis Euangelistæ, vbi ait: Deus erat verbū, & verbum caro factum est. Quauis vero Lutherus hunc barbarum articulum in suis scriptis (quantum mihi constat) non habeat, scandalum tamen & ansam illis ad eū porrexit, quando contra Latomum scelerato mendacio scripsit, quod optimi doctores ecclesiæ, & S. Hieronymus nō receperunt nec recipere voluerunt hoc vocabulum Homoussion, per quod
Eccle

Ecclesia catholica contra Arrianam hæresim fatetur quod Christus sit vere & substantialiter deus, hominifios patri hoc est, vnius & eiusdem substantiæ seu essentiæ cum Deo patre, Quum vero vocabulum istud in sacris literis non habeatur. & Lutherus nihil vellet recipere nisi sacra scripturã, dicebat: Anima mea odit hoc vocabulum. Hic sequebantur Suermeri dicentes: Christus nõ verus deus sed magnus quidam propheta fuit, Hic error infixus adhuc tenetur per diaboli potestatem (quam extra ecclesiam habet super omnes hæreticos & infideles) cordibus insanæ ac errabundæ plebis, vt nequeant credere ac tenere q̄ Deus sit factus homo. Hoc originaliter acceptum referre possunt Luthero, tamquam primæ origini & auctori omnium errorum, & sempiterni interitus eorum.

ARTICVLVS XI.

¶ Nemo debet prædicare publice
ante

ANABAP. ART. XI.

ante tempus paganorum,

CO. Hoc est contra Euangelium
Mat. 10 Christi, ubi ait: Quod dico vobis
in tenebris, dicite in lumine. Et
quod in aure auditis, predicate su-
per tecta. Quæadmodum & ad Annam
Pontificem dicebat: Ego palam lo-
Ioan. 18 quutus sum mundo: Ego semper do-
cui in synagoga & templo, quo om-
nes Iudæi conueniunt, & in occulto
loquutus sum nihil. Sed ita est ut
ipse Dominus alibi dicit: Qui male
Ioan. 3 agit odit lucem. Quapropter nihil
boni ab angularibus prædicatori-
bus est, quemadmodum experientia
docet. Oriuntur inde Cryptici, Ada-
mitæ, Vualdenses, fratres hortenses
& miseri homines eo erroris prola-
buntur, ut obliuiscantur tandem Dei
& omnis pudoris & honestatis, atque
in eiusmodi vitia corruunt, que citra
verecundiam neque scribi neque dici
possunt. Ad eiusmodi vero prædica-
tiones angulares magnam dedit an-
sana

sam Lutheri nouum Testamentum per quod homines publicas Ecclesie cōciones posthabebant, cum contēp-
tu veterū & catholicorū cōcionato-
rum atque doctorū, legentes domi
in angulis filijs & familijs suis de-
prauatum Lutheri Euangelium,

ARTICVLVS XII.

¶ Cum fidelibus & rebaptizatis no-
ua contrahere matrimonia.

CO. Eiusmodi incommoditas &
dissolutio coniugiorū, vulgo sequi-
tur in omnib⁹ sectis & schismatib⁹,
quando discordia in fide inter con-
iuges oritur. Si enim Christo (cui
per baptismum desponsati ac spiri-
tualiter copulati sunt, vti Paulus ^{2. Cor. 11}
docet) neque fidē neque fidelitatem ^{Ephē. 1. & 2}
seruāt, deficientes à catholica eccle-
sia quæ corpus & vnica columba
ac sponsa Christi est, pro leui nimi-
rum reputant peccato, si à suo defici-
ant conthorali. Quandoquidem
ex Lutheri doctrina discunt, Matri-
monium

ANABAP. ART. XIII.

Luthe. de moniū nō esse sacramentū, & audi-
ca. bā. & in unt ab eo, quod propter Euangeliū
sermōe. de debeāt relinquere domū, vxorēq; &
Hierusalē. liberos, quia deus bñ redditur⁹ fit ip-
sis alias domos, vxoresq; & liberos.

ARTICVLVS XIII.

¶ Mulieres fideles debent maritos
suos, qui credunt, dominos vocare.

CO. Hoc verbum, qui credunt,
insinuat q̄ mulieres huius sectæ vi-
ros suos, qui huius sectæ non sunt,
dominos vocare non debeant, tan-
quam non teneantur amplius ma-
ritis suis infidelibus (vt dicunt) obe-
dire. Atque ita quærunt causas ad
dissensiones & seperatiōes, & disce-
dunt à probis maritis suis, sub præ-
textu Euangeliū, atq; discurrunt in
angulos ad fratres suos hortenses,
maximo cum dolore & calamitate
miserorū coniugum, quos cum par-
uulis liberis domi relinquunt, adi-
guntq; eos ad infamiam perditio-
nemq; & interitū domestici status.

AR.

ARTICVLVS XIII.

¶ Omnes serui, & ancillæ qui soluti sunt, nõ debent inire coniugiũ cum paganis, nec vlli pagano seruire, sed fidelibus tantum.

CO. Miseri homines isti vocant nos paganos, tanquam nondum baptizati simus, quãdoquidem baptismum paruulorum pro nihilo reputant, & nos omnes dum paruuli essemus, baptizati sumus. Nos autem euidenter ostẽdere possumus ex S. Dionysio (qui à Paulo conuersus, Mariam dei genitricem, Petrum, Iohannem, & alios apostolos corporaliter in carne vidit) & ex magno pontifice, & martyre Cypriano, quod baptismus paruulorum, vsq; ab initio in ecclesia semper fuit, & valuit, ac pro legitimo habitus est, quemadmodum & Christus ipse dicit: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere venire ad me &c. Sed infelices homines isti, hunc quoq; periculosum

Ecclesiast.
hierar. ca. 7
in fine Cy-
pria. lib. 30
epist. 8

Mat. 19

Hh

bar-

ANABAP. ART. XIII.

barbaricum & horrendum errorem
 hauserunt (sicut & cæteros) ex Lu-
 theri scriptis, & perniciosis libris, in
 quibus sacramenta diminuit, & soli
 fidei omnia tribuit, quemadmodum
 articuli eius quos Leo papa. X. dam-
 nauit, indicant. In primo enim ait:
 Hæreticam esse sententiam, q̄ sacra-
 menta nouę legis dent gratiam &c.
 Et in secundo sic dicit: In puero post
 baptismum negare remanens pecca-
 tum, est Paulum & Christum simul
 cõculcare. Contra hos articulos ego
 duos bene longos iam olim scripsi
 libros, vnum de gratia sacramento-
 rum, alterum de baptismo paruulo-
 rum, in quo ostēdi Lutherum hac in
 re magis barbarum, crudelioremq̄
 esse infanticidam, q̄ Pharaon, Medea,
 & Herodes fuerunt. Ad quod sane
 crimen sibi sic obiectum in hanc vs-
 que diem nihil respōdit. Contra pri-
 mum vero librum, in quo dicebam,
 paruulos per baptismum, gratiam,
 & salu

& salutem consequi, quamuis nondum credant, quādo ad baptismum deferuntur. Quandoquidem nondum habent vsum rationis ad credendum fide propria, aut ad sciendum quid Christianus homo credere debeat &c. Lutherus ita respondit. Quin asserimus paruulos prorsus non esse baptizandos, si verū est, eos in baptismo non credere &c. Ante hæc Lutheri verba nihil prorsus de Rebaptizatoribus, aut Anabaptistis neotericis audiuius, aut nouimus, verū paulo post exorti sunt. Scriptura enim clare testatur, quod paruuli distantiam boni ac mali ignorent. Deut. 1. & nesciant quid sit inter dextram, & sinistram suam. Ion. 4. Inevitabiliter itaque sequitur, aut Lutheri doctrinam esse falsam de sola fide, aut paruulorum baptismum reprobandum esse. De quo sane prouoco ad eruditos, & Vniuersitates quascunq;. Nunc ad propositū.

Luthe. ad-
uersus Co-
chleum.

ANABAP. ART. XV.

Articulus iste seditiosus est & publi-
cæ paci intolerabilis, cunctisq; Chri-
stianis cõtume liosus. Ad hæc & con-
tra scripturas Petri & Pauli, quæ ne-
2. Pet. 2 quaq; sic prohibet seruire etiã veris
Col. 3 paganis, multo minus prohibet ser-
Ephes. 6 uire nobis baptizatis Christianis.

ARTICVLVS XV.

¶ Nullus Christianus regnare debet
super paganos.

CO. Hæc quoq; stultitia ex Lutheri
libris procedit, quemadmodum su-
pra ex parte ostensum est, quia non
vult sæcularem potestatem christia-
nam esse. Et in tertio libello de rusti-
cis, sic ait: Dicta scripture de mise-
ricordia loquentia, pertinent ad re-
gnũ dei, & inter christianos, non ad
sæculare regnũ. Christianus enim nõ
solum debet esse misericors, sed &
oĩa pati debet, rapinas, incendia, cæ-
des, diabolum, & infernum. Taceo,
q; vllum hominem deberet percute-
re, occidere, & vlli rationem redde-

res

ANABAP. ART. XV. 23.

re. At sæculare regnum, quod nihil aliud est q̄ diuinæ irę minister super malos, & verus percussor inferni & mortis æternę, non debet esse miserī cors, sed rigidum, seuerum, & iracundum, in suo officio & opere &c. Ex his sequitur articulus iste, cōtra vtrunq; ius, & vtrūq; Testamentum in quibus sæcularis potestas, inter Christianos, & fideles admissa est, quemadmodum, & sancti doctores, Ambrosius, August. Gregorius &c. docent & admittunt.

ARTICVLVS XVI.

¶ Christiani debēt omnia relinquere officia quæ non sunt legitima.

CO. Articulus iste bene admittitur vt sonat, nisi occulte subsit malus intellectus, in hoc verbo, Non legitima si forsità quędā officia vocitēt illegitima, quę aliās a quibuscunq; in cath. ecclesia pro legitimis habētur.

ARTICVLVS XVII.

¶ Legitima quoq; officia debēt suos

Hh 3 depo-

ANABAP. ART. XVIII.

deponere abusus.

CO. Et hic quoque bonus est articulus, si non admisceatur ei falsus intellectus, quemadmodum Lutherus multos proponit abusus, veluti de sacrificio missæ, de exequiis mortuorum, de dedicationibus ecclesiarum, de benedictionibus salis aque placetarum &c. Quæ reuera abusus non sunt, nec dici debent.

ARTICVLVS XVIII.

¶ Nullus Christianus debet vsuras, aut redditus dare aut accipere.

CO. De vsuris quidem recte dicitur de redditibus vero non recte. Redditus enim neque in scripturis, neque vlllo in iure prohibiti sunt. Reperimus enim quod magnus ille patriarcha, & Christi typus Ioseph, comparauit regi Pharaoni redditus in tota terra Aegypti, atque etiam sacerdotibus redditus dedit. Insuper & Christus ipse dixit, dum de censibus interrogaretur: Date Cæsari, quæ Romæ sunt Cæsaris. Et Paulus: Reddite (inquit)

quit) omnibus debita, cui tributum,
tributum: cui vectigal, vectigal &c
ARTICVLVS XIX.

¶ Postremo loco fit sermo, & post
eius finem adhortatio, vt crescāt &
multiplicentur ac repleant terram

CO. Adeiusmodi nuptias cani-
nas abutuntur homines miseri, di-
uina illa benedictione: Crescite &
multiplicamini. Quod profecto to-
tum profuit ex pura doctrina &
euangelica castitate Lutheri, qua do-
cuit ante XII. annos, in hæc verba:
Sicut in potestate mea nō stat, quod
sim mas, ita etiam nō stat apud me,
quod sine muliere sim. Nō est enim
liberi arbitrii aut consilij, sed res ne-
cessaria & naturalis, vt omne quod
est mas habeat fœminam, & omne
quod est fœmina habeat marē. Hoc
enim verbum quo Deus ait, Cresci-
te & multiplicamini, non est manda-
tum, sed plus q̄ mandatum, nempe
opus diuinum, quod non consistit
in po

Luthe. de
vita coniu-
gali

ANAB. ART. XIX.

in potestate nostra ad cauendū aut
ad omittendum illud. Sed tam ne-
cessariū est, quā q̄ ego mas sum, &
magis necessariū quā edere & bi-
bere, quā scire & expuere, quā
dormire & vigilare &c. Quantum
vero impudicitie in iuuetute intra
XII. annos ex hac doctrina ortum
sit, nemo satis eloqui possit. Viden-
tur nunc alicubi pueri, X III. aut
X V. annorum in clara luce mani-
feste in lupanaria currere. Et à virgi-
nibus quibusdā tā impudica & ob-
scena audiuntur, vt etiā adolescen-
tes & adulti super ijs erubescant. At
que alicubi vsque adeo cecidit om-
nis pudor, vt virgines dixerint ad
iuuenes, vna ad vnum, Veni tau-
riza me. Contra hanc Lutheri do-
ctrinā ego in libello de causis ma-
trimonialibus ita respōdi. Hoc ver-
bum, crescite &c. dixit Deus etiam
ad volucres & pisces Gen. 1. Quod
tamen nō impedit nec absterret nos
ne be

ne bonas auiculas includamus in ca-
 ueas solitarias, die & anno, absq; hu-
 iusmodi opere multiplicatiōis, quæ
 & dulciter & hilariter cantant, po-
 steaquam captiuitati sunt assuetæ, &
 de tali necessitate multiplicandi ni-
 hil omnino queruntur. Similiter &
 lucij & carpones cōseruantur in vi-
 uarijs absque illo opere. Vt summe
 profecto admirandum sit, quomo-
 do aures Christianæ tam caninam,
 inō plusquam caninam doctrinam
 audire queant. Nam ne canibus quī-
 dem semper permittitur eiusmodi
 opus multiplicādi perficere. Verum
 quidem est, quod Deus per illa ver-
 ba tum hominibus tum ceteris ani-
 mantibus virtutem ac potentiā im-
 plātauit qua se multiplicare queāt.
 Sed inter oportet & potest, ingens
 & lata est differentia. Hæc ibi.

ARTICVLVS XX.

¶ Si quis rebaptizatorū habeat vxorē,
 quæ rebaptizari nō vult, aut si

H h s qua

ANABAP, ART. XX.

qua rebaptizatarū virū habeat quī
nolit rebaptizari, debēt separari ab
inuicē, & aliud inire matrimonium.

CO. Hoc manifeste repugnat
Euāgelio Mat. 5. & 19. vbi Christus
ait: Quicumq; dimiserit vxorem su-
am, excepta fornicationis causa, fa-
cit eam mœchari, & qui dimissam
duxerit, adulterat. Sic & Paulus ait:
His autem qui matrimonio iuncti
sunt, præcipio non ego, sed Domi-
nus, vxorem à viro non discedere,
Quod si discesserit, manere innu-
ptam, aut viro suo reconciliari. Et
vir vxorem suam non dimittat &c.
In hoc itaque articulo Anabaptistæ
aduersantur Luthero Lutherus em̄
de vita coniuga, ait: Matrimonium
est res externa & corporalis, sicut cę-
teræ mūdane negociationes. Quē-
admodum igitur potest aliquis cū
pagano, Iudeo, turca, hæretico, ede-
re, bibere, ire, dormire, mercari, &
agere: ita & matrimoniū cū eo con-
trahere

ANABAP. ART. XX.

trahere, & cum eo permanere in cōiugio potest & c. Verum catholica ecclesia vadit inter vtrunque errorē, per mediū via regia, neq; ad dextrā neque ad sinistram declinās: & vult, vt Christianus non contrahat matrimonium cum infidelibus & non baptizatis, neque item cum hæreticis. Si vero inter cōiuges alter eorū sit hereticus, nō debet propterea dissolui matrimoniū, neq; licet cū alio cōtrahere. Qua de re ego ad longū disputavi, & X. errores Lutheri circa hoc reprobavi in libello de causis matrimonialibus, quæ omnia hic referre nimis longum foret.

ARTICVLVS XXI.

¶ Fertur, & ita esse cōpertū habetur qd Anabaptistæ intra Monasterium cuidā propriā sororē germanam in matrimonium tradiderunt.

CO. Et hæc quoque barbaries ex Lutheri doctrina profluit. Primum, quod Lutherus nihil recipit nisi sacram

ANABAP. ART. XXI.

eram scripturam. Iam nusquam re-
peritur vel in Euangelio vel in Pau-
lo, prohibitum esse, ne quis sororem
suam in vxorē ducat. Deinde quod
Lutherus contra ordinationem &
prohibitionem catholicæ Ecclesiæ
Luther. de admittit & licitū facit, alicui in vxo
causis ma- rem ducere sui fratris aut sororis fi-
trimonial. liam. Vult item, quod fratrum & so-
& li. de vi. rorum filij possint licite cōtrahere,
coniuga. pie & christiane &c. Ecclesia vero
catholica hoc totum reprobat, ordi-
nationemq; constituit, quousque li-
citur sit matrimoniū inter cogna-
tos contrahere. Primum quidem in
septimum vsque gradum prohibu-
it. Deinde vero per innocentium Pa-
pam huius nominis tertium in Con-
cilio Lateranensi relaxauit vsq; ad
c. Non de. gradum quartum inclusiuē. Quan-
uis autem leges Imperiales permit-
Aug. de ci. terent fratrum & sororum filios fi-
ait. dei li. 15. liasq; adinuicem copulari. Augusti-
6:16 nus tamen scribit, q̄ expertus sit in
connu-

connubijs consobrinarū, etiam suis temporibus propter gradū propinquitatis fraterno gradui proximū, quā raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec diuina prohibuit, & nondū prohibuerat lex humana. Nam quod fiebat cum cōsobrina, pene cum sorore fieri videbatur, quia ipsi inter se propter tam propinquam cōsanguinitatem, fratres vocantur, & pene germani sunt. Hęc Augustinus. Et mox post Augustini tempora in Cōcilio Agathensi sic decretum & constitutum legitur. De incestis coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruumus, nisi quum adulterium separatione sanauerint. Incestos vero nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum est.

Cōcil. Agathen. c. 61.

FINIS.